

**EXERCITIUM ACADEMICUM  
De  
METAMORPHOSI  
NE BUGADNE-  
ZARIS,**

*Qvod*  
**Cum licentia Ampliss. FACULT. PHIL.  
in Athenæo Aboënsi.**

**PRÆSIDE**

*Viro Adm. Reverendo ac Praclarissimo*

**DN. M. ISAACO**

*PJTHLMAN/*

Lingv. Orientalium Prof. Ord.

*Publico defert Examini*

**MICHAEL FANTH ERICI Fil.**

*Ost. Bothn.*

ad diem 7 Maii Anno 1698. horis  
& loco consuet.

---

Impr. apud Jo. LAURENT. WALLIUM.

S. R. M.<sup>TIS</sup>  
SUMMÆ FIDEI VIRO,  
Reverendissimo in CHRISTO  
Patri ac Domino,  
DN. JOHANNI  
GEZELIO,  
S. S. Theologiæ DOCTORI  
Magno,  
Inclutæ Dicecios Aboënsis  
EPISCOPO  
Eminentissimo,  
Academiæ inibi  
PRO-CANCELLARIO  
Amplissimo,  
Promotori meo Maximo.  
SALUTEM ET DIES!

REVERENDISSIME PATER,

**M**e alter non est audacior homo, Nomen  
Reverendissimæ Tuæ Dignitatis,  
qui huic opella plusquam simplici  
præfigere baud sum veritus; cedro non nisi  
insculpendum. Verum mihi incerto ani-  
mi præ audacia quâ insisterem viâ multe  
maximum in bonivolentia Reverendis-  
simæ Vestræ Paternitatis præsidium est.  
Tuæ enim benignitatis radij, quibus  
clientium pectora foves, me tetterunt,  
cujus me unice dedidi gratia, dum ad il-  
lorum Romulo filiorum me composui ex-  
emplum, qui inopem colentes vitam  
maximo opere agebant, ut Patronum con-  
sicerent sibi, cui se dedere totos, suazque  
commisere fortunas. Sic ad prime mibi  
in rem esse apud mentem reputavi meam,  
qui in his nomen profiteor meum, quibus

nibildum suadus obtingere posuit, quam  
Macenatem qui compararent sibi. Hec  
verò in animo voldens dum eram con-  
sinuo ocellos meos benignum illud favo-  
ris sidus perstringebat, unde sacris nomi-  
na qui dedere, clientibus, fortune manab-  
lumen. Reverendissime Pater Te ad-  
pello, habitu supplici orantis: accedas  
quælo pro ea quæ es præ cæteris bonivo-  
lentia: voluntas Tua ad me; mibiique con-  
cedas, in clientulorum tuorum recipi nu-  
merum. qui grandis Tui nominis in ci-  
ceres usque

humillimus sum  
cultor

Michaël Fanth.

VIRIS

Plurimum Reverendis, Clarissimis &  
egregie Doctis,

DN. GEORGIO BUGG

Ecclesiaz quæ Dei est in Wæsa Pastor, meritissimo, ut & districtus adjacentis Vice-Præposito solertissimo, Evergetæ magno.

DN. MARTINO GALLO,

Cœtus Divini, qui in Wøro coit, Pastor meritis dignissimo, Patrono & Benefactori devene rando.

M. JOHANNI GEZELIO

Gregis Christi in Pedersøre Pastor, vigilatissimo, Favitori ælumatissimo.

DN. JACOBO WEZYNTHIO,

Congregationis Sacra, quæ in Gammal Carby Deo adducitur Pastor adcuratissimo, multis nominibus colendo.

M. LAURENTIO GEZELIO,

Pastori in Wøro Regnis literis designato, Affini honoratissimo.

M. ERICO SANTE

Sacellano Ecclesiaz Domini in Pedersøre ad-vigilantissimo, Fratri ut unico optimo, ita præ oculis carissimo, amantissimoque.

**C**oncedite excusationi locum Promotores  
Maximi, quod vestra nomina ( sed bo-  
noris gratia ) in præsens nominavi; bene  
quippe quæ in me fecisti, gratum me  
adversus vos existere nimis quam efflagi-  
rat. Hoc etiam quo efficiam, quoad po-  
tero enitar sedulio: primitæ ergo meæ  
gratitudinis, prima hac studiorum mes-  
sis esto. Hic si me a quo es facili respe-  
xeritis ore, animum profecto mihi ad-  
ditis, usque adhuc, ita in dies vobis  
potius quam mibi quo placeam.

Plur. Reverendorum Clarissimorum  
ac egregié Doctissimorum.

omni observantia  
& obsequio, colo

M. F.

In Disputationem

De

M E T A M O R P H O S I  
N E B U C A D N E Z A R I S ,

Viri - Juvenis,

qda eruditione, qvagj, modestia & pietate  
vere eximis,

D<sup>N</sup>. M I C H A E L I S  
f A N T H /

Amici sui singularis:

C HALDÆUM ut qvondam ver-  
tana superbia fecit

A bderitanum , f ANTH meus  
ecce docet.

Subito

A. W A N O C H I U S ,  
S.S. Theol. Prof.

Super NEBUCADNEZAREM  
Juvenis eleganti eruditione ac morum  
18 suavitate commendatissimi,  
DN. MICHAELIS  
GAREHSI  
Amici veteris & sincerè  
dilecti.

Babelici quisquis non noris fata Tyranni,  
Impiger hoc solidū perlege mentis opus:  
Quasque dedi pœnas vescana superbia disces,  
Ult̄ hominem exuerat, quum cupit esse Deus.  
Scilicet ingenti sternuntur turbine tresses,  
Casibus & miseris tecta superba ruunt.  
Virtus & Pietas sole stant flore perenni:  
Vultus eis idem vis eademque manet.  
Cumque Tibi fuerant harum commercia cordi.  
Tempore honor cuncto stabit, Amice, tuus.

properanter  
scrib.

TORST. RUDÆEN.

In Disputationem elegantem

Pereximii Juvenis

DN. MICH A ELIS F A N T H /  
Amici sui singularis.

Q uo pergis Nebucadnezar Chaldae Mo-  
narcha?

Cur tibi nunc inter vita trahenda feras?

Quidnam sic properas inter vixisse volucres?

Cur qvæ sunt bovibus fercula digna tibi?

Linqvere cur debes Babylonica tecta subalta?

Cur coeli madido rore rigandus eris?

Cur lectus placeat qvem dat tibi sordida cellus?

Cur mage non habitas Marmoreasqve domos

Per faciles auras quo sic volitare videris

Nunc pennis aqvilæ, qvæ caput omne tegunt?

Quid qvod nec manibus nunc est sua grata ve-  
nustas

Ungvibus ast bubos accipitresqve refers?

Qvæ sint hæ furiæ? qvænam monstrosa figura?

Qui sint hilus? quidve referre velint?

Cum scribis docte mi Fanth Heliconis Alumne

Adstitit Euterpe, talia dicta canens:

Ut Nebucadnezar furiata mente superbit,

Ut sanus laudes dicit & ipse D E O ,

Tu scribis, Musæ doctis aptare paramus,

Qvæ tibi nos dabimus Laurea ferta, comis.

amico calamo Iusit

DANIEL SIRENIUS.

Perquam Eximio atque Eruditissimo  
Domino

MICHAELI FANTH  
Disputationem de NEBUGADNEZARE  
docte à se scriptam solerter atque  
acutè defendantि,  
Patriote ac Amico suo sincrè  
dilecto:

Gnaviter Aoniis es Fanth operatus  
in arvis,  
Fructus perpulchros En Tibi sic re  
ferens:  
Unde hilaris Musis properè mens lata  
que surgit.  
Præmia missuris ulteriora Tibi.

bis, cum non liceat pluribus,  
gratulatur

E CATANUS.

Ost: Bothn.



## THESIS I.



Miramur hominis ; quâ  
mentem , præstantiam,  
miramur tam divinæ  
portionis facultates, in-  
tellectum nimirum &  
voluntatem, qvarum ope , ut ab irratio-  
nali creatura distingvitur, ita iisdem de-  
stitutus, sanè intra brutorum vilem de-  
jicitur conditionem. Hinc sana mens  
qvemadmodum hominem stimulat ab  
unâ parte, ut suæ conditioni conveniens  
& dignitati congruum reputet , atque  
vero & libero usu harum facultatum  
eò assurgere, quo naturalis eminentia  
ducit, nitatur; ita ab alterâ parte ihde-  
corum monstrat, brutorum degere vi-  
tam : sunt tamen benè multi, qvi eò se  
præcipitarunt , dum vel secundâ fortunâ  
elati vel exili scientiâ imbuti, tot tan-  
tisque intumescunt spiritibus, ut nil ni-  
si tumida spirent, Cum tamen *insipi-*  
*entia*

A

entiores sint, qvi sibi sapere videntur, quam  
qvi medicum de insanâ consulturi adeunt  
infit non nemo. Hi etiam eò mon-  
strosiores; qvò longius recedunt à le-  
tissimâ illâ vitæ regulâ & qvorum-  
dam Philosophandi principio: Qvod  
vel a sacerdotibus oraculi Delphici di-  
manavit, eôque Apollini tribuendum  
censem gentiles, vel auctorem habuit,  
Pythagoram, Biantem, aut Thaletem,  
quam sententiarum diversitatem me-  
morat Porphyrius: *Nosce temet ipsum.*  
Hujus rei exemplum, cum nobis re-  
liquerit facer Codex, Philologico hoc-  
ce discursu, fata Nebucadnezaris con-  
templabimur.

### THES. II.

Materiam, circa quam animum  
exercere institui, continet Epistola  
Nebucadnezaris, qvæ tanto certiores  
nos habet, quanto certius debet esse  
id, *Cui autoritate Propheticâ, fidem histo-*  
*ricam conciliare in optimâ formâ voluit*  
*Daniel Propheta Cap. 4. sui libri, ut a-*  
*deo nobis perinde fuerit, statuere, u-*  
*trum*

rum hanc ex actis, annalibus, vel literis Regiis desumserit sacer scriptor, dummodo ~~επινευσίας~~ maiestas sacræ scripturæ vindicetur. Tempus autem, circa quod hoc Programma emissum, non æquè nobis constat, sed nec est ut solicet de eo laboremus, sufficit novisse in genere, accidisse hoc post Regis gloriosam restitutionem.

Hocce nostro in labore primum sibi vendicat locum Nomenclatura seu nominis derivatio. Evidem varias heic cernere licet originationes in Onomasticorum scholis, quæ tamen ad Duas classes referri commode possunt. Qvarum prior originem nominis ex fontibus Hebræorum derivat, cuius sequentes expositiones, referente Gejero, heic sistere placet: *Prophetans ejusmodi angustiam; Gemitus seu planctus judicii angustie: sedens in angustia agnita: Divinus Iudex vel Tribulator Assyrinus: verum cum expositiones haec, Hebream potius quam Chaldaicam sequantur Lingvam: cum etiam hujusmodi nominibus propriis valde variet scriptio, apud gentem*

<sup>¶</sup> diversæ Lingvæ pronunciatio, &c. ruto iisdem originationibus baud inniti licet. Qvivis etiam vel levis judicii incongruum esse judicaverit, Regem Chaldæum Filio nomen imposuisse Hebræum. Cum plane contrarium ex scriptura obtineri possit, Chaldæos scilicet nomina Hebræa usqve adeo odio habuisse, ut viris, iisdem nominatis, appellations Chaldaicas super-imposuerint; Cujus rei exemplum in Daniele, quem Belzazarrem appellavere, & reliquis ejus sociis, aliter nominatis, evidens habemus. Unde merito eorum deserimus sententiam, qui ex Hebræorum incunabulis hoc nomen deducunt; nostrum illis adjicienes calculum, qvi hoc nomen Chaldææ Lingvæ originationem debere asslerunt. Erat Chaldæis Idolum qvoddam *Nebo*, magnæ sed superstitionæ venerationis, in cuius proinde honorem, uti Idololatria in usu esse solet, prima nominis Regis, in derivatione pars desumpta est. Hujus idoli mentionem facit Elaias cap. 46: 1.; Pariter ab Assyriis alteram Ori-

Originationis partem mutuabimur *A-*  
*far* nempe, qvod nomen Regum Assy-  
riorum erat, ut ex Salmanasar & re-  
liquis patet, atque sic *Nebo Asar* habe-  
mus; defectum verò qui heic conspicitur,  
suppleri per statum Chaldæorū Empha-  
ticum censemus. Convenit autem hoc  
nomen ex Nebo deducere, qvod ma-  
xime solenne Chaldæis erat, illustribus  
viris nomina Deorum præfigere, qvod  
supra factum in Daniele vidimus. Fir-  
mare & illud nostram sententiam cer-  
tum est, qvod ut ex Diis eorum non  
erat infimus, sic optimè quadrare po-  
test, Regis filium ab eo denominatio-  
nem traxisse, ut sic eo magis corusca-  
ret DEI sui fictitio lumine, quo splen-  
dor splendori additus splendidissimum  
qvodque efficeret. Nam locum Esajæ  
consideranti apparet Beel & Nebo su-  
stinere vices omnium Deorum, atque  
totius Idololatriæ summa Numina ha-  
bita. Erant enim hæc Idola, tanto in  
honore apud hanc gentem, ut penes  
nostram olim *Jofur* & *Valdur* / vel

in sacris Romanorum Jupiter & Apollo. Diversa est & hujus nominis scriptio sive terminatio in sacris, modo enim NebuchadNezar , modo Nebuchad-Rezar, ut Jerem: 21: 7. 22: 25. 24: 1. 25: 1. vocatur, mutatis videlicet in medio litteris נ & נ, pro ut Literæ in orientibus Lingvis facile inter se permuntantur, significatione eadem manente. Sic sacrilegus ille, qvi Achan Jos. 7. 1. jam Achar audit 1. Paral. 2. 6. sic Rechum Esr. 2: 2. viri nomen, qvi adscendit cum Serabbabele ē Babel Nehem. 7. 7. Nechum nuncupatur; An vero fortuito id factum , an ex communi gentis pronunciatione, an ex occulto qvodam mysterio , definire difficile judicat Gejerus.

### THES. III.

*Apud profanos etiam varias subire mutationes hoc nomen observavimus. Sic Ptolomæo est Nebopollaslar; Straboni Nebucradosorus; eâ forte in scribendo & pronunciando usus felicitate, ac gloriosus aliquis Lingvæ Gallicæ igna.*

gnarus , Gallica tamen vel pennâ  
vel ore proferre ubi te&tatur. *Ma-*  
*gnus* aliás passim ab Historicis voca-  
tur, & hoc in eum finem, qvo discer-  
neretur a Patre Nebopallasare qvem  
alii nominant cum Jolepho Nebucad-  
nezarem, vel etiam Magnus vocatus est  
ex eo, qvod nullum ferè in scriptu-  
râ deprehendimus Regem tot tantis-  
qve magnitudinum laudibus celebra-  
tum.

Nam primò *Rex Regum* appellatur,  
ad qvem honoris titulum cum Geje-  
ro apponimus, heic non fieri respe-  
ctum ad singulos ac universos qvatuor  
terræ partium Reges, ac si nemo ho-  
rum non paruerit Nebucadnezari, ve-  
rum ad tot distinctos circum vicinos  
Reges, qui uni huic parebant Monar-  
chæ, non solum tanquam vasalli, Jer.  
25. 14. 27: 6. Sed etiam non paucos in-  
carceratos habuit, à se in potestatem  
redactos, qvibus, divinâ sic disponente  
gratiâ, diebus Evilmerodachi, Rex Ju-  
dæorum, Jehojachinus, aliás ipse capti-

vus, præficiebatur 2. Reg. 25: 27. Quadrare cum hoc titulo censemus nostratum olim Sverkong cujus relata erant, decem alij Reges, qui stat Kongardicedantur, tributum huic pendentes; in tot enim Regna Svecia aliquando dispesceretur. Magnam præterea eminentiam, huic prædicto Nebucadnezari, conciliat illud, quod in scriptura voluit ipse DEUS hac appellatione celebrari, quoniam infinites sublimiori ratione; cum ipse Rex independens & universalis, cujus omnes terræ Reges servi sunt.

Vocatur etiam Nebucadnezar *Serbus Dei*, magnifice satis, quo effato DEUS Judæis exprobrare intendit delictorum eorum immensam gravitatem, quippe DEUS ubi in fœdere cum iis erat, hac prærogativa illos, dignatus est: *Populus sanctus es Iehovæ DEO tuo, et selegit Iehova DEUS tuus, ut sis ei populus peculiaris præ omnibus populis, quibus sunt sub universo cælo.* Deut: 7:6. postquam vero fædus Dei ruperant, facti sunt servi ho-

hominis Gentilis, qvi tamen cum omnibus gentibus in aspectu Dei reputantur *tangham gutta ē situā stillans*, *Ez. 40. 15.* is tamen hoc loco servus Dei nominatur. Cœterum non affirmamus, heic innui officium aliquod spirituale, sed temporale, & sic respectum haberi ad locum ubi Nebucadnezar *Malleus universæ terræ* dicitur. *Jer: 50: 23.* Qvō Deus eo modo usus est, ac reliquis utitur creaturis, in puniendo peccato hominum impoenitentium; per *universam autem terram*, heic intelligitur potior terræ pars, qvæ conquassationem Nebucadnezaris passa erat, qvam scripturæ Hyperbolæ *Luc. 2: 1.* intueri licet, idem etiam censendum de locis *Dan. 2: 38. 4: 19.*

Ne vero populus ille duræ cervicis tardum nimis fore & debilem putaret hunc divinæ Justitiæ Executorem, ideo *Aquila illa Magna Ezech. 17. 3.* nuncupatur, qvæ magnis suis alis celerrimè volaret ad perdendum domum Israëlis; rationem hujus appellationis pleniorem, videsis apud Christ: Matth: A5 Et

Et ne qvis eum potentia & animo de-  
stitutum putet, scriptura eum *Leonis* no-  
mine insignivit, Jer. 4. 7. qvod animal reli-  
qvorum longe est fortissimum, scripturæ  
testimonio, Jud. 14. 19. *Quid acerius Leo-*  
*ne,* etiam Leonem maximis gaudere vi-  
ribus ex Prov. 30: 30. patet: *Vetus Leo*  
*robustissimus, qui non retrograditur metu*  
*cujusquam;* qvo respectu placuit etiam  
Christo Heroi geminæ Naturæ sibi hoc  
nomen, dum *Leo de Juda* vocatur, tri-  
buere.

#### THES. IV.

Hisce jam consideratis majestati  
Nebucadnezaris maximum superaddit  
pondus: scilicet ubi ipse in Colosso te-  
tramello, qvatuor Monarchiarum *Caput*  
*aureum* constituitur; quantum jam ca-  
put reliqvis supereminet membris, dum  
conspicuum est & summum, à qvo in-  
fluxus omnis in corpore sensandi, in  
quo præcipue etiam animæ excentur  
operationes. Unde fit quod Nebucadne-  
zar cogitationes suas vocet *visiones capitis*  
*sui.* Dan: 4. 2. Hanc & Capitis præstan-  
tiam

tiam probatum it Locus Deut. 28. 13. ubi inter alia beneficia, qvibus DEUS Populum Israëliticum coronare promittit, etiam hoc enumerat: *qvod statuet eos in Caput, & non in caudam.* In tantum & hujus Monarchiæ Rex, dignitate, Majestate & reliqvis sanè imperatoriis requisitis præeminebat. Nec minimi illud est, qvod heic caput vocetur aureum, aurum namque metallum est solidissimum, præstantissimum & purissimum, qvod Majestati incomparabilem gloriam tribuit, qvæ nos fusius prosequi nolumus, vel de eo discursus serram movere, cum in medio hoc jam sit, & ferè quot actiones hominum tot etiam exempla hujus rei exsistant. Qvæ maria non secant! qvas terras non percurrit? qvos angulos non perreptant? imo qvos labores non subire amant mortales? modò auro amabili potiantur. Ut adeò horum intuitu absqve vitio absurdum quis dixerit, nonnihil probabilem esse eorum opinionem, qvi Nebucadnezarem exstitisse primum statuæ hujus caput splen-

splendidissimum h. e. primæ Monarchiæ auctorem affirmant, nos nunc id suis relinqvimus patronis. Cui placet videtur egregiè præstitam operam à Mag. Fabiano Lörner in pereleganti Dissertacione, habita Upsaliæ ante annos aliquot, qvæ inscribitur: *Nebucadnezar primæ Monarchiæ Auctor.* hoc tamen dixisse non pigebit, non adeo solido inniti fundamento eorum dicteria, qvi statuunt qvam plurimos Monarchas, huic antecessisse, eorumque seriem deducunt, vel à Nimrodo, vel ab alio aliquo. Qvippe hic expresse ponitur: *Tu ipsum Caput auri:* hoc est: Capite isthoc statuæ aureo, nemo Regum alias qvam Tu præfiguratus, imo ne γεν̄ qvidem de antecessoribus memoratur, qvod etiam ex versu 29 elicere non obscurum erit, qvis sic: *Tu Rex cogitare cœpisti, quid futurum esset post bæc,* & qvi revelat mysteria ostendit tibi, qvæ ventura sunt, videtur fidem hisce facturus Beatus Gejerus, in notis ad Dan. 2: 38. ubi talem introducit instantiam: si caput fuit Nebucadnezar,  
qvor-

qvōrum igitur pertinebunt ejus antecessores Nebo pollassar, Salmanassar, &c. Responsio illius hæc est: Rex solitus erat de futuris post se mutationibus, v. 29. qvid ergo opus erat præterita eidem depingere. Sed hæc occasione data recitasse sufficit, adeoque nulli obicem ponimus, quo minus suæ sententiæ cultor existat. Maximi tandem Nebucadnezaris excellentiam adaugent, res ab ipso gestæ, qvarum scriptores tam sacri quam profani passim memores sunt. Qvarum & copiam Lectoribus facere haud imparati fuissimus, nisi extra leges excrescere nollemus hoc opusculum. Sufficit ergonobis adduxisse unicum Megasthenis testimonium ex Josepho, qui sic in quarto rerum Judaicarum volumine: *Megastenes ostendere conatur quod hic Rex Nebucadnezar, virtute & rerum gestarum magnitudine, Herculem longè à tergo reliquerit.* Heic monemus Herculeum laborem, sanè eum aggredi, dum hanc com-

comparationem intendit, cum omnia  
Herculis facinora haberi nequeant;  
nec quæ habentur, ab uno patrata sint,  
sed a diversis eodem nomine gauden-  
tibus. De regni etiam ejus amplitudi-  
ne adfirmat Megastenes *eum ad columnas*  
*usque Herculis peruenisse*, ubi ilias intelle-  
xisse necesse est, quas ad fretum Hercu-  
leum sitas esse dixerunt veteres, quas  
tamen apud Nostrates Hyperboreos in  
*Dresund*/ inveniri asserit, Historicorum  
lumen inestimabile, Olaus Rudbeckius.  
Foret jam memorandum, quomodo  
inter gentem Iuda Nebucadnezar gra-  
fatus sit, per varias deportationes, urbis  
sanctæ & templi eversionem, terræque  
Canaan devestationem: sed cum harum  
rerum plena sit scriptura, dulcius ex  
ipso fonte bibuntur aquæ.

### TH. V.

Postquam sic per annos bene mul-  
tos Nebucadnezari omnia ex sententiâ  
cesserant, vigore corporis, mentis vi-  
riumque quarumvis flore, in judicio-  
rum

rum & consiliorum exactissimâ dexteritate & felicitate sese exerente; ita ut devictis non modo vicinis, sed & remotioribus populis, illi sub jugo imperij viverent, in pacato suo statu qvavis voluptatum & gloriæ adfluentia abundans, cristas nimis erigere cœpit, firmam de hujus fortunæ perennitate concipiens spem: supra cubile suum somnium, non naturale; non Diabolicum: sed Divinum, horrorem illi incutiens habuit, in quo feriantibus externis sensibus, interiori impressionis ope splendor sui ipsius, per arborem, *cujus proceritas cœlum contingebat, & adspectus erat usq[ue] ad terminos universæ terræ,* ait succisio eodem in momento subsecuta, ejus menti sistebatur, qvæ dejectionis imminentis repræsentatio erat typica; verum somnii interpretationem, omnes ingenij acumine præcellentes Chaldæorum sapientes, solidam haud dare potuerunt, ut ut à Rege clarè narratum heic adfuerit objectum, qvod in priori solum desiderabant *Dan. 2. 4; Donec Daniel tandem ingrel-*

sus est, qui spiritum Deorum sanctorum in  
 seipso habuit, is interpretationis copiam  
 Regi fecit, simulque consuluit, quo pec-  
 cata sua justitia abrumperet, quo & DEUS  
 ipsi ignosceret. Cujus consilium ut se-  
 queretur, tantum à Deo ipsi resipiscen-  
 tiæ spatiū concessum, in felicitatis suæ  
 statu per menses duodecim mansit, ijs  
 verò exactis, ubi in aula Babybonis &  
 qvidem in tecto palatij plano, in oriente  
 usitato, curis gravioribus solutus deam-  
 bulaslet, tumido ore hos egeffit spiri-  
 tus: *Nonne hæc est Babylon illa magna,  
 quam ego edificavi in domum Regi, in robore  
 fortitudinis meæ & in gloria decoris mei.*  
 Babel quidem vere magna dicitur, non  
 modo ob latitudinem suam in planicie  
 amplissimâ ad Euphratem exstructa,  
 murisque altissimis & lectissimis cincta,  
 Sed & qvod laus terræ universæ vocetur,  
 Jerem. 51. 41. Ornamentum Regnum;  
 Elai. 13. 19. imo aurea, Es. 14. 4. Ex sen-  
 tentia Herodoti, in ambitu quindecim  
 milliarium Germanicorum fuit. qvæ e-  
 jus magnitudo etiam notari potest- ex

Aristotele in Politicorum Libro 3. cap. 3.  
 ubi infit, partem qvandam urbis, tertiam  
 demum dié persensisse illam captam  
 fuisse, qvin & magna præterea Antiqui-  
 tatis gloriā erat; cum inhabitatores ejus  
 nominentur מִזְרָחַת עַמּוֹן Gen: à seculo, Je-  
 rem. 5.15. De Autore verò constat, Gen.  
 10.10. & qvod illic freqvens mercatura  
 exerceretur, rerum qvarumvis pretio-  
 fissimarum, & artificiosissimè confecta-  
 rum. Ob fluvios Tigrin & Euphraten  
 navigabiles, Ez. 17: 4. Esaj. 47. 15.

Ubi autem spirat Rex: Quem Ego co-  
 dificavi: sicut se prodit ejus insolentia, dum  
 ob nonnulla à se extorta edifica publica, ut  
 esse solene, armamentaria, turres, muri re-  
 parati, templa, curia, &c. sibi tribuit id qvod  
 majoribus potiori jure tribuendum erat. Nisi  
 adierere velimus, heic non adeo inten-  
 dere ipsam foundationem, sed potius  
 cum præcedentibus conjungenda verba  
 sequentia esse, in domum Regni vel regia-  
 am; hisce enim temporibus translata  
 est fedes regia, ab urbe Ninive Baby-  
 lonem: qvod factum, qvanquam Me-

rodacho tribuit Christ: Matthiæ, nuspi-  
am tamen legimus eum Babel reparaf-  
fe, qvod multis modis Nebucadneza-  
rem præstitusse, Auctores Profani pas-  
sim testantur. Lege Pererium ad hunc  
locum. Ab hoc translationis tempore,  
observat Christ: Matthiæ, non fieri am-  
plius in scripturis mentionem Regum  
Assyriorum, sed Babyloniorum. Acce-  
dunt jam verba, qvibus superbiæ non mi-  
nimū inerat: *in robore fortitudinis meæ; ve-*  
*rum hæc tumorem in corde effervescentem,* non satis expressere; proclamavit  
ergo: *& in honore gloriae meæ.* Hisce pro-  
latis executio pœnalis peremptoria è  
Cœlo parata erat. Causam hujus aper-  
tè exstisse liquet primariò contemtum  
DEI atque securam superbiam, omnia  
sibi DEO nihil adsignantem, Dan. 5. 20.

### THES. VI.

Consideratis sic fatis Nebucadneza-  
ris propitiis, jam immitia adscribere  
ratio monet instituti, hæc verò ipsa me-  
tamorphosis est. Varius autem à va-  
riis

riis adferitur transmutationis modus,  
seu ratio hujus passionis. Quidam e-  
nīm nimis profusi heic sunt, adseren-  
tes Nebucadnezaris tam animæ qvam  
corporis permutationem. Eodem ferè  
aberrant modo, qvi qvidem animam  
non mutatam Regi concedunt, verum  
ex corpore Sphingem qvandam fabri-  
cant, qvæ antrorsum bovis figuram  
repræsentaret, retrorsum verò in Leo-  
ne desineret. Alij in extenuationem  
prolapsi, contendunt hanc mutationem  
tantum ex læsa imaginatione accidisse,  
adeoqve sibi soli ita visum, brutum  
scilicet, qvales passiones in hypocon-  
driacis & atrâ bili exæstuantibus non  
infreqventes conspicere licet. Non  
desunt, qvi Phantasiæ, transmutationis  
modum, veræ & reali oppositum, tri-  
buunt, per præstigias vel figuræ cu-  
jusdam circumpositionem. Alij ite-  
rum cum hunc processum nimis le-  
nem introspiciunt, hunc modum con-  
versionis nonnihil invertere amant,  
proferuntqve Deum sic immutasse in-

tventium sensus, qvod ipsis bestia vi-  
sus sit. Inveniuntur adhuc plures hac  
de re sententiæ, qvas heic adferre su-  
perledemus, cum vel ad prælentes re-  
duci possint, vel etiam minus cum  
veritate cognatae sint. Missis itaque  
his opinionibus, consultius nos factu-  
ros speramus, si ex ipsis fontibus  
scripturæ veritatem eruere conati fue-  
rimus, eas adjicientes illustrationes,  
qvæ cum re atque ratione conspirare  
amicè videntur.

Ubi ergo ad textus examen nos accin-  
gimus in primis observare licet, qvod  
ante duodecim menses utut hic somnio  
fuerit præmonitus se throno regio de-  
jectum iri, interim fuit temeraria Dei  
contemptio usque adeo, ut etiam elu-  
dere voluerit Cœleste monitum. Hinc  
tarditatem gravitate compensavit judi-  
cii DEUS, in instanti enim, sententia  
definitiva correptionis, cœlitus supra e-  
um proclamata est. Cum enim adhuc ser-  
mo esse in ore Regis, intellige sermonem  
elationis & Thraionicum, qvò nil nisi su-  
am

am gloriam & fortitudinem crepabat; vox de celo accidit, principaliter Dei, ministerio, procul dubio, Angeli delata; & cum alias vox Dei appelletur tonitru, absolu haud erit, si tonantem etiam heic fragore est nubibus produisse censuerimus, cum Gejero, qui tamen fuerit articulatus; quale exemplum reperitur, Joh. 12: 28, 29. Linea autem recta haec vox Regem feriebat, *Tibi dicitur Rex*, ex quo concludimus etiam alios Regem comitantes haec verba percepisse secus ac Act. 22: 9. Observamus alias, quod prius Dei decretum per somnium Nebucadnezari indicatum, cum conditione, adeoque etiam temporis convertendi donatione, erat; haec vero heic exspirant; dicitur enim eadem hora scilicet denunciationis completus est sermo, ut est vestigio subsecuta sit, demissam cœlitus vocem, in mente contemtoris alteratio, quæ eum in brutalem dejicit statum.

### THES. VII.

Quæ vero metamorphosis & passio facta est primo circa mentem, sub-

traktione nempe actualis usus rationis,  
 atque sic illum deseruit omnis ingenii  
 vis, omnis consiliorum copia, omnis  
 rerum præteritarum memoria, ut adeo  
 non potuerit, reflexa super animam  
 cogitatione, ratiocinari, qvæ sibi no-  
 xia qvæve utilia essent. Cujus adseri-  
 onis fundamentum est in his verbis:  
*Cor ejus ab humano immutetur.* Ubi per  
 לְבָבֶךָ cor ejus, non intelligitur massa  
 illa carnea, sive cordis substantia, ve-  
 rum phrasí scripturæ interiores actiones  
 sive operationes ipsius animæ. Sic u-  
 bi David precatur: *Cor mundum crea in*  
*me Domine*, non de vase isto fibroso  
 capiendum esse nos docent Theologi,  
 sed de renovandis animæ qualitati-  
 bus. Qvam ob rem autem Cor in  
 scriptura hanc subeat notionem, non æ-  
 què est manifestum, nisi dixerimus heic  
 haberi respectum, ad structuræ hujus  
 præstantiam; cum in toto corpore hu-  
 mano nulla pars detur, cuius fabrica  
 majorem in contemplatoribus excitat  
 admirationem, qvam hujus, præcipue  
 cum

cum addantur mirabiles sui motus; stu-  
penda adversus quasvis injurias naturæ  
munitio, nobile denique officium, quod  
perpetuo, circa sanguinis perfectionem,  
versetur, quod multo potiori jure quam  
hepar, sanguinis officina salutaretur.  
Commodissime tamen sanguinem in  
sanguine fieri statuitur. Confert & id  
non nihil, quod Judæi & quam plu-  
rimi alii sedem animæ in corde fixere.

Erat hæc mutationis terminus à quo.  
Sequitur jam in textu terminus ad quem:  
& Cor fere detur ei. Heic per cor fere,  
non innui qualitates & actiones, ex bru-  
tali ac mediæ alicujus naturæ forma  
fluentes, planum est, cum valde abso-  
num foret adserere, DEUM tale actio-  
num principium Nebucadnezari infu-  
disse, quod ab informanti eum spiritu,  
quoad essentiam contradistinctum ef-  
set, verum Cordis complectio immutata at-  
que id ita efferatum, ut simile esset ferino,  
quantum citra humane naturæ amissionem,  
aut transubstantiationem, fieri potuit, no-  
tante Calovio. Nihil plus intelligentia, in

eo remanebat, quam in fera aliqua bestia,  
infat Gerhardus. Posset & heic intelligi  
retentio actionum corporearum, quas  
cum brutis communes habebat Nebu-  
cadnezar, quae ad cor tanquam ad  
principium referuntur; hi enim motus  
ubi ratio eos non moderatur, & con-  
sequenter moralitate non continentur,  
aliquem prope ex homine in brutum  
transformant & obbrutescere faciunt;  
unde de homine minus morato bonis  
moribus, svecice dici sivevit: Han ståb-  
ler sig som ett Nödt. Causa hujus mi-  
seriae principalis erat decretum DEI,  
ministeriali voce de cœlo ruens, ex cu-  
jus terribili sono atque contento, con-  
tinuò mente motus est Nebucadnezar.  
quod non mirum, cum Daniel narra-  
tione solum somnii, quasi una horâ  
**בְּנֵי יִשְׂרָאֵל** obstupuit, maximo propte-  
rea stupore perculisse eorū Regis hanc  
vocem judicamus, quippe ē cœlo de-  
lapsa, infaustum ipsi inferens pœna-  
lem statum. Hunc autem stuporem in-  
sania & furor conseqvebantur, quo vel  
alios

alios trucidare vel se ipsum invadere, ab inordinatis & laevientibus corporis motibus ductus, centaret, qui circa initium fervidiores semper esse solent. Hæc mala quò impedirent ex commiseratione, restitutionisque spe permoti, quorum intererat, eum *vinculo ferri & ariis* alligari curarunt: verum cum hac ratione omni illos frustraretur fine, erat enim à voluntate DEI aliena ac furori augendo commoda, cum nihil minus quam ligari ament amentes. Idcirco aut vocis cœlestis reminiscientia, aut Danielis svalu, consilium immutarunt, remotis vinculis, eum sylvas percurrere fecerunt. Vel probabile est, quod etiam ipse Nebucadnezar, copia virium, catenas dilaceraverit, confer Marc. 5: 3. quas vires suppeditare potuit, tam Dei specialis vindicativus concursus, quam præternaturalis, & extraordinarius spirituum motus, qui supra modum in nervos fluebant, quippe quod non semel atque iterum hominibus in statu præternaturali constitutis evenire assoleret,

præsertim iis, qui furore vel morbo a-  
 liquo acuto sunt correpti. Num verò  
 Nebucadnezar corporaliter à Diabolo  
 fuerit occupatus, quod Gerhardo &  
 Gesnero verisimile videtur, in medium  
 relinqimus; cum evidens hujus rei ra-  
 tio, ex scriptura haberi nequit. Misere-  
 postquam sic de statu turbatum vidis-  
 sent Regem, restitutionisque nulla ubi  
 supererat spes, non absq[ue] matura deli-  
 beratione maximoque mœrore Regnum  
 à suis ipsi denegatum esse, secundum  
 decretum altissimi: *Regnum transibit a te,*  
 sana ratio judicare jubet; non enim  
 vult ab homine furioso societatem re-  
 gi, atq[ue] sic *bonorem ab eo transire fecerunt.*  
 Qui quantus erat, facile potest conclu-  
 di ex ipsius magnificentia antea à no-  
 bis adumbrata, & quamvis ut adventiti-  
 um quid hæc regni gloria Nebucadne-  
 zari competiverit, interea tamen mul-  
 tò maxima erat, Deum quippe agno-  
 vit auctorem, quapropter etiam hujus  
 privatio pro ingenti reputatur pœna, a-  
 pud Jerem. 13: 18.

## THES: VIII.

Magna eqvidem hæc dejectio, verum sexcentis gradibus, major est ea *expulsio*, qvæ his verbis indicatur: *Et ab hominibus abjectus est.* qvibus ipsa passio innuitur, sané in vita humana majus malum conspicere nequit, cum homo per naturam habeat, qvod sit ζῶν πολιπον, cuius conditione exui, non potuit non miseria esse maxima. Ita ut Nebucadnezar, in hoc statu constitutus, proximè vivere videtur, in statu illo extra sociali, qvem nobis sistit Nob: Putendorfius, hac imagine: *si animo concipias, hominem, etiam adulta etate, in hoc mundo constitutum, solum & sine omnibus commodis & adminiculis, qvibus vitam cultiorem & molliorem reddidit solertia hominum, videas animal nudum, mutum, inops, famem radicibus & herbis, sitim obvia aqua, injurias aëris antris utcunq; dispellens, feris bestijs expositum & ad cujusvis occursum pavidum.* hæc tamen discrepantia heic percipitur, qvod in Nebucadnezare erat usus rationis suspensio, ens hoc tensibus gauderet,

ens

ens mutum repræsentatur, Nebucadne-  
sar non item; cum rationis privatio  
haudquaquam loquela tollit; *animæ e-  
nim est quid loquitur homo, corporis vero quod  
loquitur;* erat enim lingua Nebucadneza-  
ris ab infantia sermocinationi asverfacta,  
quem linguae motum, si ab eo tollimus,  
transformationem quandam circa ser-  
monis organa, profiteri necesse habe-  
mus; quanquam non negamus, ejus vo-  
cem in progressu aliquam mutationem,  
sed saltim accidentalem passam fuisse,  
quod crassitiei spirituum adscribendum  
venit, ut ex sequentibus patebit. Discri-  
men & hoc est, quod fictum hoc habitu e-  
recto insisteret; Nebucadnezar vero pro-  
nus terram despiciebat, quod ex versu  
31. probabile videtur, & multorum au-  
toritatibus adseritur; quem modum  
se movendi DEUS ei propterea injun-  
gebat, quo propius feras imitaretur;  
cum gestus hicce sit, qui brutis propriæ  
competit, quapropter non nemo Philo-  
sophorum veterum, hominem per hunc

solum à brutis specificē distingvi non  
sine risu statuebat; accedit qvod DEUS  
serpenti seducenti Evam hanc pœnam  
inflxit; super ventrem gradieris. Gen. 3:14

### THES. XI.

Postquam sic statum, à quo detrusus  
sit Nebucadnezar, consideravimus, jam  
certio cohabitationem cum brutis tex-  
tus inculcat: *וְכָל־בָּרוֹא חַיּוֹת כִּי־בְּרֹא bestia agri  
habitatio tua.* heic per bestias non intel-  
liguntur, tantum animalia minimè car-  
nivora, utpote asini sylvestres, lepores,  
vulpes & ejus generis alia, verum sumenda  
est hæc Phrasis in genere de omnibus  
animalibus hujus soli sylvas inhabitanti-  
bus, qvod ex collatione cap 2. Danielis v.  
38. liqvet; non enim cuiquam credibile  
est, per ea animalia, quæ inibi memo-  
rantur, intellectissime Prophetam, bestias  
in horto Regis degentes, in has enim  
antea potestate habuit Rex, sed feras  
omnis generis quæ remotissimas sylvas  
percurfirant; quam interpretationem  
etiam agnoscit Gejerus in hoc cap. 4.

v. 12.,

v. 12., ubi ad eandem phrasin hæc notavit: intelliguntur heic animalia omnis, generis, Leones, ursi, cervi, apri. Hinc manifestum est, non in horto aliquo ferarum, muris vel sepibus cincto, & inter animalia tantum non carnivora, vitam hoc tempore egisse Nebucadnezarem, verum cohabitatione immanissimarum ferarum usū, per spatiofas sylvas vagatum fuisse. Video autem quosdam mihi heic oggerere. I. Quomodo Nebucadnesar tam diu cum ferissimis animalibus, solus & inermis, sine ullo suo detrimento versari potuit? non facimus heic cum Pererio respondentem: *in multum assimilatum bestiis non fuisse ab iisdem lasum, tanquam animal sui generis.* Cum circa dies priores ejusmodi similitudinem omnimodam non potuerit contraxisse, quæ majori jure conversationi longiori & alimento insveto adscribenda venit: sed dicimus DEUM, sub cuius decreto & nemesi constitutus erat, qui & pristinæ dignitatis sortem repromiserat, sic voluisse, ut hanc pœnam subi-  
xret,

ret; non analogicē, ut pro sylva, hor-  
tus: pro leone & lupo, vulpes & lepus,  
ponendi sint: sed verè, Cujus opera o-  
mnia vera & miraculosa, circa huncce  
hominem emendandum non destitue-  
batur potentia mirabiliter conservandi  
Nebucadnezarem, futurum, post restitu-  
tionem, potestatis suæ evidentissimum  
documentum, ab injuriis ferarum;  
quippe eas omnes creavit, inque ea-  
rum viribus, quibus nocere possunt, sic  
eas regit, ut ne hilum quidem cuiquam  
noxæ inferre queant, citra concursum  
& virium dispensationem. Cujus rei  
exemplum oculis nostris obversatur,  
Dan. 6. 22. verum instat & heic quidam,  
dicendo: *miracula non sunt statuenda p̄r  
ter necessitatem scripturā non præviā.* Cui  
instantiæ hæc responsio satisfaciet: scili-  
cket scripturam ipsam & omnes Interpre-  
tes hanc historiam Nebucadnezaris, pro-  
summo DEI agnoscere miraculo, qua-  
re non etiam in hocce puncto; dicimus  
etiam, ex Phrasí scripturæ generali eru-  
ere specialem restrictionem, hortosqe  
fera-

ferarum peculiares, & illis inclusa ani-  
malia, *scriptura non prævia*, in textum  
velle inferre, non ita conveniens est.

Positis sic conversatoribus & conver-  
sationis loco, conversationem ipsam po-  
ni conseqvens est; hæc vero vim habet  
& effectum, quem ex communi vita ad-  
discere possumus. Notissimum est à so-  
cio probo, felicissimè imbibit virtutes, u-  
bi qvis ipsius laudabiles actiones imita-  
ri annitur, in consortio verò pravo sæ-  
pissime assumuntur vitia: hæc enim quasi  
necessariò se se insinuant. Jam omnis  
firma conversatio, requirit animi con-  
venientiam: unde fit quod inter homi-  
nes diversi ingenii atque qualitatum,  
raro intercedat diuturna socialis vita;  
nisi ubi qvis hanc instituat artem con-  
versandi, ut tamdiu alteri morem ge-  
rat, quam ipsius mores subofacere pos-  
sit, vel cum qvis alteri ob commodum  
aliqvod adhærere expetit, vel denique  
ubi qvis alterius vitia non facit sua; ve-  
rum ex iis exemplum capit cautionis,  
ædeo conversationis effecta confirmant

sententiae vulgatissimae, ut pote: pares cum  
 paribus facilime congregantur. Noscitur ex  
 socio qvi non cognoscitur ex se. Cum lupis est  
 ulalandum. & similia. Sic igitur ex con-  
 sortio habentur mores, qvi conlvetudini  
 suam debent originem. Hæc omnia eo  
 tendunt, ut monstramus multum bruta-  
 litatis, Nebucadnezari ex cohabitatione  
 ferarum accessisse; qvippe cum rationa-  
 lis facultatis usus suspenderetur in eo,  
 ut adeò nullam habuerit influentiam in  
 sibi subordinatas potentias, animæ inhæ-  
 rentes, necessario conseqvebatur, cum  
 gestus atque mores ferinos assumturum  
 sis, qvas ab infantia crebris exercitiis  
 acquisiverat, humanitate imbutis tam-  
 diu actionibus cessantibus mutatisqj sis  
 motibus, qvos per naturam sibi ut ra-  
 tionali creaturæ proprios habuit, eo-  
 rum sectari gestus & belluinos appe-  
 titus, naturali quadam necessitate com-  
 pellebatur qvibus cum ipsi res erat;  
 præsertim cum solummodo relictam  
 possideret, turbatam tamen phantasiam,  
 ut sibi ursus aut bos sylvestris videre-

tur. Quæ sententia Thomæ & Gejeri est.  
 Vel Phantasia ferè tantum utebatur ferina,  
 verba Calovii. Hæc in sensu separato  
 rationales actiones edere nullas potis  
 erat, quas verò edidit sensitivas, eo ex-  
 actiores ad brutorum motus fiebant,  
 quo frequentius eorum repræsentatio-  
 nes in cerebro per phantasmata impri-  
 mebantur. Perturbatâ sic phantasia, in-  
 super mentem ejus occupante ferinâ  
 rabiē, non modo ipse hominum com-  
 mercia horruit; sed & homines præ-  
 primis autici, ejus desiderabant con-  
 versatione carere, hinc è hominum ci-  
 vitate eliminatus Nebucadnezar, quo  
 vitam suam sustentaret, alimento licet  
*insuetu* vesci necesse habuit.

### THESES: X.

Quod quartum est in Metamor-  
 phosi. Nam cum numentum cibum  
 supponat, illo verè vita carere non  
 potest; itaque postquam fermenti ipsius  
 actio, in ventriculo ebullitione cœpe-  
 rat, ( qui motus nobis famis conce-  
 ptum ingerit ) natura, quæ nunquam  
 non

non circa cōservationem sui ōcupatur , defectum huncce , destructionem subinde causaturum , supplere ē re habuit; Et cum cœna dubia heic inveniri non potuit ( sanè si adfuisset , ambigi potest, num eandem sibi applicuisset appetitus adeo læsus & corruptus, qvam dubitandi ansam nobis præbent exempla utero gestantium , qvæ aliquando cretam, carbones vel res alias, appetui illæso & fano adversas, præ cibo etiam lautiori sumere exoptant ) modō eō, qvem locus & conditio prælens tulit, pungentes ventriculi motus sedare debuit, deliciis lautissimis vivere adfertus delicatulus hic, illud verò secundum fontes erat נָשָׂעֵי berba , non fœnum seu grāmen aridūm, qvod Vulg: sed talis, qvalis iam in prima creatio- ne, ubi fœnum nullum erat Gen. i. 11. hinc LXX. χόρπη reddidere qvod de herba tenera, decerptis foliis & evulsis ra- dicibus capiendum venit, Marci 4: 28.

Quantum vero incommodi hæc su- bita alimenti mutatio Nebucadnezari

adtulerit, vel ex aphorismo Hippocra-  
tis liquet dicentis: *ab uno extremo in aliud  
maxime perniciosum est precipitari.* Exem-  
plo: illis hoc peregrinum non duco, qui  
ex proprio pane & aqua ad pingvia con-  
ditionum pascua subito transferuntur;  
hi enim si in principio delicatas dapes  
liberaliter ingurgitant, vix statum male  
sanum effugiunt. Quid verò in casu ne-  
cessitatis, ab homine lano, vita per ali-  
quod tempus produci possit, ejusmodi  
alimentis, quae vel brutis noxia sunt, vel  
etiam ab illis ingeruntur, non negamus;  
cum id ultiro adserat Icriptura de Sama-  
ritanis 2 Reg. 6: 25. de filio prodigo Luc.  
15: 16. Cujus loci sensum prorsus incre-  
dibili felicitate & eruditione enucleavit  
Nob. Dn. Nicolaus Gezelius. Multa his  
similia ex historia profana adduci pos-  
sunt, verum paucis simus contenti. Essæi,  
qvorum Josephus meminit, L. 2. c. 7. B. J.  
postquam e synagoga depulsi essent inter  
arbores herbis & foliis vicerunt. Histo-  
riam ex Aben Ezra adserit Gejerus, quæ  
in multis cum Nebucadnezaris coincidit,  
quam

quam propterea heic adscribam: Erat  
qvidam in insula Sardinia, qui in mon-  
tes secessit, cervisque se aggregavit, &  
longo tempore cum illis herba victa-  
vit, incedens super manibus pedibusque,  
cumque Rex insulæ illius, hunc una cum  
cervis reliquis in venatione cepisset, a-  
gnoverunt quidem ipsum parentes sui,  
verum nec alloquentibus respondit, ne-  
que vinum panemque appositum gusta-  
vit: sed gramen herbasque; adeoque me-  
dia nocte rufus ad cervos in sylvam fu-  
giendo se recepit. Ex hisce jam allatis  
palam est potuisse etiam Nebucadneza-  
rem herba suo modo vivere, absq; tem-  
peramenti verò immutatione neuti-  
quam; quod ex nutritionis processu pa-  
ret: notum enim est, ex cibo fieri chy-  
lum, ex hoc sanguinem, cuius subtilissi-  
ma portio *lympha* nutritioni proximè  
inservit. jam ex laudabili cibo, laudabi-  
lis chylus, sanguis, lympha & confe-  
qenter bona nutritio: ē contrario au-  
tem, ut Canone Medicorum mentem  
depromam: quod peccatum est in prima con-  
coctione,

coctione, vix corrigitur in secunda; hoc Nebucadnezari accidisse certum est. Is enim herbis vicitans, talem contraxit corporis constitutionem, qualem permisit alimenti substantia, licet enim varias subierit mutationes hic cibus, anteqvam subtilissimus sanguis factus esset, nihilominus principium agnoscit herbam agri & ejus succum, haud secus ac si triticum, mille molis vel sexcentis modis contriveris, ipsa tamen substantia triticea erit. Qvam vero formam, aut deformitatem corporibus pariat diversa nutritio, constans ex diversis minus vel magis defecatis portionibus, communi vita docemur. Rusticos intuentes, faciem contemplamur, torvitate sua minus gratam, imo aliquando horribilem: hominem videmus delicatorem, hujus oris miramur gratiam plausibiliorem. Ideoq; non dubitandum, novum hocce vivendi genus Nebucadnezari induxisse aliam formam. Ceterum qvod jam de corporis constitutione externa audivimus, etiam de spiritibus fateri in confessio est;

cum

cum & hi sanguini suam debeant generationem, & ad indolem probam vel malam non minimum conferunt. Quapropter horum subtili levitati aut crassiori consistentiae non nihil tribuendum, qvod Septentrionales plerumque sint a viribus fortissimi, & adhuc maxima severitate imbuti: Itali leves maxima gaudentes facultate canendi; &, quo magis alimenti vim exprimam, speciale qvid heic exemplum adferre lubet: Homo qvidam ingenti siti pressus forte in vas incidit, sanguine cati plenum, hunc continuo deglutiebat, quam vel simile qvid fore deputans effectum est, qvod semper post illud momentum, mures insectari atque edere gestiebat. Sic de animalibus. Horatius *mel sardoum* pro pessimo habet, causa nulla est alia, quam haec, qvod insulæ istius herbæ omnes erant amaræ, ex quibus apes suum confiebant mel, unde non potuit non mel inde fieri asperum; in rem est quo haec ad Nebucadnezarem revolvantur, cuius

pastus cum ferinus fuerit, bestiale ipsi  
conformasse temperamentum allata sva-  
denter; hinc etiam spiritus animales tantâ  
crassitatem affecti sunt, qvod necessarium  
erat fungoso gaudere cerebro, ferinos  
eum imitari gestus, rudem edere vocem.  
Admirandam qvapropter deformitatem  
hoc vivendi genus corpori Nebucadne-  
zaris adposuisse, nemo inficias ibit, e-  
amque eo formidabiliorem, qvo longi-  
ori temporis decursu, vitam in hoc sta-  
tu transigebat. Et si verum est qvod re-  
cens subtilitas qvædam invenit, nullam  
nos retinere carnis particulam, ab ea  
carne, qvam nunc gestamus, post ali-  
qvt annos; conseqvens sane foret, si ni-  
hil detereretur ex qvo indies nutrimur,  
nos in immensam excrescere molem,  
qvapropter confiteri Nebucadnezarem,  
qvo ad sanguinem, carnem & cutem e-  
tiam mutatum fuisse, minime absurdum  
judicamus. Monstrositatem autem  
hanc, qvæ corpus Nebucadnezaris ex-  
trinsecus deformabat auctam fuisse opi-  
nor atro vultu; quem ex aspera cute,  
ipsum

ipsum circumvestiente ateraxerat, cui  
rei & suam contulit symbolam perfusio  
roris cœli. Nebucadnezar enim vesti-  
bus nudus, qvas vel ipse detraxit, vel à  
tore & sudore corruptæ decidere pote-  
rant, miseré injuriis cœli qvibusvis ex-  
positus, coactus est, ut Græco vocabulo  
exprimam, *αἰδημονίατεῖ*, seu sub dio ageres;  
& sicut ante fortis suæ mutationem  
medicatis & pretiosissimis liqvoribus,  
solitus fuit, ministrantium manu, cuticu-  
læ nitorem inducere; ita jam nubium  
& aëris perfunditur guttis, & transfor-  
matur.

### THES. XI.

Major adhuc ipsius deformitas,  
si & qvinto addiderimus, circa mi-  
serum ejus statum, qvæ de *augmento pilo-*  
*rum*, qvibus corpus tegebatur, textus  
habet: *Donec capilli ejus in similitudinem*  
*aqilarum excrecerent.* Vox **ψ** pilus, in  
textu occurrens, non solum de capillis in  
genere etiam Ling. Hebræā, 10. Num.  
6;g. Jud. 16; 22. sed de Eſavi per omne  
corpus pilosi adhibetur. Gen: 28: 25. Ut

non sit improbabilis opinio, eum per corpus hirsutum extitisse. Causam vero hujus effectus arcessimus, ex prava corporis constitutione & inde fluente vitiosorum humorum copia, quam pilos augere certum est, ubi talem naturam induerint: eorum quippe varietas varie se prodit: sic ex vitio humorum evenit quod quibusdam cornua crescant, quale exemplum nobis reliquit Thomas Bartolinus. In leprosis corruptus sanguis & humor praestant, quod pilus in album mutetur, Levit. 13:3. Hæc cum ita sint, quid obstat, quo minus, & hanc pilorum per totum corpus procreationem humoribus adcribamus, quam non minorem in modum fœcundare poterat ros superné adveniens. Si vero ad capillos & barbam solum heic redigendus sit sensus, quasi circa hæc solum aliquid insoliti contingisset, facile quivis conjecturam faciet; quam horridam figuram ille representaverit, penes quem & pecten & tonsor per septem tempora quieverant.

Nam

Nam cum puerorum crines, qvi vel per aliquot dies ab invicem non sunt ordinati, cum sale nostratibus *Rhyckiospij*. farcentur, & qvi per paucos menses non admirerit novaculam hispidus & terribilis videtur, non mirum igitur cincinnum & cæstariem Nebucadnezaris aquilarum pennis, qvæ satis sunt longæ, adsimilari, utpote qvi per septen-nium, sectorem aut secretorem non viderat. Poteſt hæc res exemplo illuſtrari Pecchi Cifalpinis juxta Majolum capti à Nobili qvodam & per novem-decim annos in ſubterraneo carcere adſervati: qvi cum post mortem captivatoris ſui prodiret in conſpectum hominum, adeo pilofus & horridus viſus eſt, ut Satyræ ſimilior fuerit quam homini, umbilico tenuis capillitio ſuo in-volutus, &c.

## THES. XII.

Qvod attinet ſextum conſideratio-nis membrum, *unguium augmentum*; tum illud deducimus ex aucto humore ex-

excrementitio, atque consolidato, quā  
concrescens acutos efficit ungues, adeo  
ut secandi neglectu interveniente sic ex-  
crescant, & quasi avium cuspidati desi-  
nant. Horatius ubi de Poëtastris loqui-  
tur, qui à furiosis optima pangī poëma-  
ta credebant, & horum bona pars, inquit,  
*non ungues ponere curant, non barbam.*  
Hæc enim stultorum signa erant a-  
pud Romanos: barbam vero proli-  
xam alere Philosophis proprium.  
Præterea etiam quilibet novit quod  
vel sola natura sibi relicta, hunc esse-  
tum producere possit, scilicet si quis  
tam incomitus fuerit, ut unguum præ-  
scissionem parvo tempore intermisserit,  
hujuscē rei analogum in se ipso depre-  
henderet. Licet apud quasdam nationes  
civilitatis sit, utpote moribus Sinensium  
quorum viri præcipui & nobiles unges alunt,  
indeq̄ue præ alijs hominibus prærogativam ad-  
fendant. Pteiss. unde fit, ut nonnulli manus  
ad plurimas functiones habeant inutiles, ne que-  
tas in pugnum complicare possint. Gejerus.  
Sic Ursinus cujusdam meminit, qui un-  
gvem

gvet indicis tam capacem habuit, ut scripturam quatlibet cum eo exarare potuerit. Videtur tamen natura aliud nos in hoc etiam punto docere, quod vero in acumen desierint, ut avium suo modo referentes figuram, id etiam naturae opus est, quae non raro rotunditatem amat; ut in arboribus & aliis paucis rebus intueri licet.

### THES XIII.

Jam monet instituti ratio, ut addamus pauca de hujus transformationis duratione. Hanc per septem tempora circumscribit textus. Per tempora annos indigitari in confesso est penes interpretes tantum non omnes imo, de hac acceptione adeo sunt certi, ut calculum suum Chronologicum, huic superstruere non dubitarint fundamento, temporum menores excellentissimi.

Exarata sic pro modulo ingenii translatione Metamorpholeos Nebucadnezaris, excipit eam restitutio tangenda verbis brevioribus. Textus autem circa hoc

hoc membrum sese hunc in modum  
 habet: in fine dierum oculos ad cœlum leva-  
 vi, antea enim oculos in terram defixe-  
 rat herbam ut bos comedens, v. 30. finis  
 autem dierum, est finis annorum se-  
 prem; hoc ergo erat primum restitu-  
 tionis signum. *S*ensus meus redditus est  
 mihi, a Deo certe, qvi eum eodem pri-  
 vavit, nota nomen מִנְרָע qvod heic oc-  
 currit, descendens a Radice Hebræo-  
 rum יְרֵעַ scivit, cognovit, atque sic secun-  
 dum Gejerum, infert habitualem vel  
 actualem rerum scibiliū comprehen-  
 sionem, qvarum in statu suo præterna-  
 turali erat vacuus. Eleganti similitudi-  
 ne proporro rem illustres, his verbis:  
 sicut in officina aliqua aut Muséo, occidente so-  
 le vel exstincto lumine, omnia caligine invol-  
 vuntur crassa, ut opifex studiosusqve palpitet,  
 nec quoqvo recte uti queat, que rāmen illato  
 rursus lumine, suo rediguntur loco, usaque  
 cedunt; ita in officina etiam mensis, lumine  
 decentis usus subracto, omnia obliterantur,  
 memoriaqve imagines mera obducuntur obscu-  
 ritate, judicium nullis uti potest instrumen-

tis, &c. Sed nunc illucescente gratia, priores  
 in mente rediguntur opera, quas externi etiam  
 comprobant gestus plane novi & modesti. In  
 praecedentibus protulimus, consequen-  
 tiā privationis rationis fuisse detur-  
 bationem à regno; heic jam observa-  
 mus restitutionem ejusdem, regnandi  
 potestatem secum apportasse, qvod hæc  
 verba volunt: & ad gloriam regni mei, de-  
 tor meus, & splendor meus reversus est ad me,  
 heic monendum, qvod vulgatus in splen-  
 dor, exponat illiberaliter per figuram qua-  
 versione pro gladio utuntur ii, qui Ne-  
 bucadnezarem substantialiter transmu-  
 tarum fuisse statuunt, verum quam ab-  
 surda sit hæc sententia, exinde clarum  
 est, qvod stramen pro fundamento a-  
 gnoscat, quapropter in refutanda hac  
 dixisse cum Pfeiffero sat est. resurrexisse sanè  
 haec ratione Nebucadnezarem antequam mor-  
 tuus esset. Quantum autem temporis Ne-  
 bucadnezar post restitutionem suam su-  
 pervixerit, ex scripturâ sciri haud po-  
 test, in eo tamen obfirmant animum  
 Doctores saltim non omnes, qvod bi-

nas

nas solum æstates à morbo liber vivus  
piè numeraverit.

## THES. XIV.

Verum jam amat descurſus noster,  
ut ad finem properemus: sed imperare  
mihi neqveo, qvin paucis hac occasione  
proferam, qvid de Metamorphosibus à  
Poëtis depictis censendum sit; Nullum adeo simplicem duco, qvi, si vel pri-  
mis labiis Castalium libavit, putet Poë-  
tas ea, qvæ hoc styli Charactere con-  
gesserint, sic facta credidisse; cum eorum  
sapientia penes gentes maxima fuerit.  
Unde illud est, quod antiquissima nostra  
gens, suos Scaldos Frode & Spacke  
appellavere, quod eruditum & sapien-  
tem significat; sic etiam Græcis μοσω  
ἄγαλοι πάλες πατητικίας καὶ ιδεούρες dicti  
sunt. Genius quoque poëticus Ciceroni:  
*Instictus facer;* Senecæ: *Dēus in nobis,*  
*spiritus, commercia cœli.* &c. audit. Er-  
go tenendum est, quod ars Poëtica non  
adeo consistat in versificatione, ut non  
multo magis in ipsa inventione, atque  
dulci

dulci ista harmonia, quæ inter fabulam ipsam & res fabularum involucris absconditas, intercedit. Quæ dulcedo inde est, quod Poësis repræsentet res, non ut sæpius contra voluntatem humanam fiunt ; verum ut fieri eas exoptat, desiderium novercantis naturæ ; Est & hic finis fabularum, qvod sub earum cortice latitare fecit antiquitas invida præstantem suæ sapientiæ nucleus, ut non cuivis ; sed sapientibus tantum hæc bellaria exposita sint, *nucleum enim esse quæ vult, frangat nucem.* atqve sic vidimus, non esse aliud Poëtarum Metamorphosin, quam figuratum quendam dicendi modum, quo vel desiderio satisfacere sudarunt humano, vel sapientiam suam ne omnibus pateret, investire enitebantur. Hæc multis probatum ire exemplis difficile non foret : sed iis brevitati studentes, supersedemus.

### THES. XV.

Reliquum est ut de Lycantropia paucis memorem verbis, cum quam

D

plus

plurimi in ea sint sententia, quod detur  
vera hominum conversio in lupos, hoc  
enim de hyperboreis finxere veteres  
Græci & Romani, nostrates vero illud  
Estonibus, Livonibus & Lapponibus  
tribuunt. Verum quam firmè hoc asse-  
ritur non potis sum introspicere. Con-  
cedo quidem & ultro do, Diabolum es-  
se Μύριον χρυσού, posse & eum sese in an-  
gelum lucis transformare, maximas et-  
iam eum edere rcs per filios increduli-  
tatis non eo inficias. Verum hanc ipsi  
competere vim & nego & pernego;  
cum hæc potentia solius Creatoris sit.  
Oportet ergo ut sit hæc falsa imagina-  
tio penes eum, qui se talem esse retur  
(quod etiam in multis morbis fieri jam  
antea dixi) in quo statu constituti, ta-  
les exercent operationes, quales Lupis  
efficere natura dedit. Sic etiam corpori-  
bus eorum ejusmodi adponere larvam,  
quæ intuentes pro vero fallit, non im-  
potens est hujus seculi Deus. A vero for-  
te non abludit Magnus noster Rudbec-  
chius, ubi hanc rem maximo acumine

per-

pertractat: ratiocinatur enim is, illud  
 quod nostrates dicunt lōpa Warg/ ve-  
 teribus nihil aliud fuisse, quam Piratam  
 agere; Piratæ namque Wargar illis diētī  
 sunt, erat qvippe hæc ars stipendia fa-  
 ciendi militibus istius ævi non modo li-  
 cita: sed etiam laudabilis. Abundet jam  
 qvisq; hoc in puncto suo sensu, adosculen-  
 tur qvi vult, hanc vel illam sententiam.  
 hoc tamen pro vero tenendum esse sen-  
 tio: hominum adhuc neminem in lupum  
 transformatum fuisse. Et tantum de hac  
 materia mihi scripsisse sat est. Cui rei  
 fenestram apperuit præcedens de Nebu-  
 cadnezare discursus, cuius finis cum o-  
 culis nostris obversetur, ejus Epilogum  
 sic loquentem introducam: *Nunc laudo,*  
*extollo atq; glorifico Regem Cæli,* cuius opera  
*omnia opera veritatis, Et cuius via,* sunt dñe  
*judicij: qui deniq; ambulantes in superbia*  
*poteſt dejſere.* Dan. 4. v. ult.

Ur himbla Guden stoor/ haar gruswellgen  
dämpat  
Monarchens kälta mod / och till sin fruchtan  
lämpat  
Nebucadnezars hog/ man här nu nega seer  
Af detta lärda wärck/ her FÄRZH wed  
handen geer.

Gördenskul önskar iag/ att Pallas måtte kröna!  
Ehr dygd och lärdsm stoor med vällige läf belöna.  
Ehr oförtruena flit/ må nä sitt fulla läpp  
Där hwem dygd diskand är/ och stadrar wed  
sitt hopp

*HERMAN ROSS, Jacobson.*

Sic vehis o Titan per celsum culmen olympi  
Clare diem, bigis terrutilantis eqvi  
Qvo sit materies FAUTORI fausta vovendi  
Qui potus Clariis talia scripsit aqvis,  
Ceu LABOR Hicce probat: DEUS HOC O!  
rote rigato  
INGENIUM TUO abhinc! Divite messe  
bea!

*JACOBUS SVEN. BRUNELL  
Oft. Bottn.*

